Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

uel ab incarnatione missi. omnes nos de plenitudine eius accepimus. Hos uasa sumus. ille fons. A. Descendit angelus domini ad zachariam dicens accipe puerum in senectute tua & habebit nomen iohannes baptista. V. Iste puer erit magnus coram domino nam & manus eius cum ipso est. Et habeb. Si igitur intelleximus mysterium fratres mei. iohannes homo est. christus deus est. Humilietur homo ut exaltetur deus. secundum illud quod de domino ipse iohannes dixit. Illum autem oportet crescere. me autem minui. Ut humiliaretur homo. ideo natus est iohannes. quando incipiunt decrescere dies. Ut exaltetur deus eo die natus est christus. quando incipiunt crescere dies. A. Hic precursor & dilectus & lucerna lucens ante dominum ipse est enim iohannes qui uiam domino preparauit in heremo sed & agnum dei demonstrabat & illuminabat mentes hominum. V. Ipse preibit ante illum in spiritu & uirtute helye. Sed & d. Magnum sacramentum fratres karissimi. ideo celebramus natale iohannis sicut christi. quia ipsa natiuitas plena est mysterio. Quo mysterio. non humilitatis nostre. Ergo in homine minuamur. ut in domino crescamus. in nobis humiliemur. ut in illo exaltemur. Humilietur humana presumptio. ut crescat diuina miseratio. A. Innuebant patri eius quem uellet uocari eum & postulans pugillarem scripsit dicens iohannes est nomen eius. V. Apertum est os zacharie & prophetauit dicens. Iohs. Igitur huius rei sacramentum etiam in passionibus eorum impletum est. Ut minuatur homo. caput iohannis absciditur. ut exaltetur deus christus in ligno suspenditur. Quare autem beatum iohannem dominus & saluator lucernam esse dixerit. & quare eum ante se mitti uoluerit. breuiter si iubetis caritatis uestre auribus intimabo. Premissus est enim iohannes. uelut uox ante uerbum. lucerna ante solem. preco ante iudicem. seruus ante dominum. amicus ante sponsum. A. Tu puer propheta altissimi uocaberis preibis enim ante faciem domini parare uias eius. V. Ad dandam scientiam salutis plebi eius in remissionem peccatorum eorum. Parare. AD CANTICA.

Cantica. Descendit angelus d. V. Dominus ab utero uocauit me. SECUNDUM LUCAM.

ELISABETH impletum est tempus pariendi. & peperit filium. Et audierunt uicini & cognati eius quia magnificauit dominus misericordiam suam cum